Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



sup dnm deu suum. Exurge domine et in
tende iudicium meum deus meus et dominus meus
in causam meam. Effunde frameam et
conclude adversus eos qui me persequuntur.

In illo tempore. Ante sex dies pasche venit ihs betha Johem.
niam. ubi lazarus fuerat mortuus. quem suscitavit ihs. Fe
cerunt autem ei cenam ibi. et martha ministrabat. Lazarus vero
unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram
unguenti. nardi pistici preciosi. et unxit pedes ihu. et exter
sit capillis suis pedes eius. et domus impleta est ex odore un
guenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis. qui eum
erat traditurus. Quare hoc unguentum non venditur tre
centis denariis. et datum est egenis? Dixit autem hoc. non quia de
egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat et loculos habens.
ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihs. Sine illam. ut in die
sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habetis vo
biscum. me autem non semper habetis. Cognovit ergo turba
multa ex iudeis quia illic est. et venerunt non propter ihm tantum.
sed ut lazarum viderent. quem suscitavit a mortuis. Cogitave
runt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent. quia
multi propter illum abibant ex iudeis. et credebant in ihm. In
crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum. cum audis
sent quia venit ihs ierosolimam. acceperunt ramos palmarum.
et processerunt obviam ei et clamabant. Osanna benedictus
qui venit in nomine dni. rex israel. Et invenit ihs asellum. et se
dit super eum. sicut scriptum est. Noli timere filia syon. ecce rex